



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 79. Nomina Nationalium pro electione Pontificis Deputatorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

manico idiomate lecta fuere Capitula Sæcul. XV.  
superius relata, quorum obseruantiam A.C. 1417.  
interposito Sacramento sponderent, &  
duo Cardinales librum Evangeliorum &  
Crucem gestantes ad Imperatoris Thro-  
num accesserunt, in quorum manibus  
Cæsar Cruce, ac Evangelii libro conta-  
ctis juravit, se præfatos articulos obser-  
vaturum, ceteri quoque sigillatim ad  
Præsidis pedes genuflexi, & crucem ac  
Evangelium tangentes hoc juramentum  
præstiterunt, quod etiam illi exsolvebant,  
quibus incumberet circa conclave ingre-  
sis de victu providendi. Hi vero erant  
Episcopus Concordiensis, & Abbas Tre-  
noricensis pro Cardinalibus; Pandulphus  
de Albiano Protonotarius pro natione I-  
tala; Theobaldus Archiepiscopus Bisun-  
tinus pro Gallica; Nicolaus Merseburgen-  
sis Episcopus pro Germana; Petrus E-  
piscopus Olorensis pro Anglica; & Se-  
goviensis Ecclesiæ Decanus pro natio-  
ne Hispana.

### §. LXXIX.

#### *Nomina Nationalium pro electione Papæ Deputatorum.*

**H**is juramentis sic præstitis Archiepis-  
copus Mediolanensis legit nomina *Onuphr.vit.*  
*Pontif.p.275*  
eorum, qui pro eligendo Papa, jubente  
ac feligente Concilio, Cardinalibus ad-  
juncti

Sæcul. XV. juncti fuere, ut sequitur: Joannes Pa-  
A.C. 1417. triarcha Constantinopolitanus; Joannes Archiepiscopus Rigensis; Bartholomæus Mediolanensis; Guilielmus Bituricensis; Nicolaus Gnesnensis; & Jacobus Turenensis, omnes Archiepiscopi, & inter Episcopos Richardus Londinensis; Nicolaus Bothoniensis; Didacus Conchen-sis; Joannes Pacensis; Joannes Gene-vensis; Franciscus Mefitensis vel Mel-fiensis, quem Infantius Meldensem fuisse existimat; Henricus Feltrensis; Nicolaus Aquensis; Simon Traguriensis; Joannes Lichfeldensis; & Joannes Nor-vicensis; Jacobus electus Episcopus Pen-nensis. Præter hosce Præfules nomina-bantur Abbates Cluniacensis; & S. Ma-riæ Eboracensis; Generalis FF. Prædi-catorum; Decanus Ecclesiæ Eboracen-sis; Archi-Diaconus Bononiensis; Prior Rhodi; & sex Doctores ex variis Natio-nibus. Postea ex parte Cardinalium duos vel tres deputatos esse nominandos propositum fuit, qui dissensiones forte in-ter Conclavis custodes orituras decide-rent.

## §. LXXX.

*Nomina Cardinalium conclave ingres-forum.*

Ciacon. in  
Mart. V.  
p. 884.

Quamvis Cardinalium sicut ceterorum nomina alta voce non fuissent per-lecta,